Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Hospitium subiere simul que fessa diurno
Membra lavare suo nocte dedere thoro
Cumque prius me pergimus in ore frequenter
Volvit exorans sollicitansque deum
Suspirans brunellus ait solum quod habebam
Verbum surripuit vox peregrina michi
Sillaba consilis verbo totiens repetito
Nomen surripuit verbis ubi studium
Cum prius me totiens iteravit eidem
Me minus intentum reddidit ille est
Dum quod sum simile verbum peregrinum inique
Me supplantavit et mea verba tulit
Damnum est mecum socialia federa rumpi
Cum tu collega fedus misse malum
Hoc satis ante michi dampna presaga futuri
Mens mea predixit vera propheta satis
Verbum pro nomine proprium mutans alienum
Sextus septeni parta dolore gravi
Verbum quod peperit meum verbo peregrini
Par fuit in parte principio quod sui
Finis erat dispar quod si meminisse valerem
Me satis inferior incipit ille foret
Centum vel mille solidos si denarios haberem
Vellem sub tali condicione dare
Nominis amissi vix sillaba prima remansit
Quod superest reliquum desijt esse meum

Qualiter Brunellus fregit silentium

Est aliquid melius quam nil tenuisse tenebo